

tagenes, De fano Mineruæ, quod est priene Ionicū,  
 Phileos, Item de æde Mineruæ doricæ, quæ est Athe-  
 nis in arcæ, Ictinus & carpion, Theodorus phocæus  
 de tholo, qui est delphis, Philo de ædium sacrarum  
 symmetrius, & de armamentario quod fuerat pyraei  
 portu, Hermogenes de æde Dianæ Ionica, quæ est ma-  
 gnesiæ pseudodipteros, & liberi patris Teo mono-  
 pteros, Item Argelius de symmetriis corinthiis, & Io-  
 nico tralibus Esculapio, quod etiã ipse sua manu di-  
 citur fecisse. De Mausoleo satyrus & phiteus, Qui-  
 bus uero felicitas summū maximūq; cōtulit munus,  
 Quorū. n. artes æuo ppetuo nobilissimas laudes, &  
 sempiterno florētes hēre iudicātur, & cogitatis egre-  
 gas opas præstiterunt. Nāq; singulis frōtibus singu-  
 li artifices sumpserunt certatim partes ad ornādum  
 & probandum, Leochares, Bryaxes, Scopas, Praxi-  
 teles, Nonnulli etiam putant Thimotheum, quorum  
 artis eminentia cōegit ad septem spectaculo-  
 rum eius operis peruenire famam. Præterea minus  
 nobiles multi præcepta symmetriarū cōscripserunt,  
 ut Nexaris, Theocydes, Demophylos, Pollis, Leoni-  
 das, Silanion, Melampus, Sarnacus, Eupranor, Non-  
 minus de machinatiōibus uti Cliades, Architas, ar-  
 chimedes, Ctesibios, nymphodorus, Philo byzæteus,  
 diphilos, charidas, Polyidos, Phytos, agestratos,  
 Quorum ex cōmentariis quæ utilia esse his rebus  
 animaduerti, collecta in unum cōegi corpus, & iō ma-  
 xime, q̄ aiaduerti in ea re ab grecis uolumina plura  
 edita, ab nostris oppido q̄ pauca. Fuffitius enim mi-  
 rum de his rebus primus instituit edere uolumē, Itē